



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Turpia legere, scribere, repræsentare, &c. paragraph. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

spliceat , seu non placeat , nec tamen à
loco discedas , nec eosdem reprehendas , ob ruborem , imo etiam si (se-
cluso scandalō & animo , te de illo pec-
cato delectandi) rideas , vel quid simi-
le facias , te non accuso peccati morta-
lis , quia ipsa erubescens non con-
temnenda ratio , pro tua excusatione
est.

c. Sal. apud Castrop. tr. 2. d. 2. p. 10.
§. 1. n. 5. l. item infra li. 10. c. 1. num.
11. C. 13.

§. V.

Turpia legere , scribere , repre-
sentare &c.

1. **Q**ui libros legunt de rebus tur-
pibus ex professo agentibus
(præscindendo , an hi libri
sint prohibiti , de qua re suo loco di-
ximus a) pari modo non peccant ,
si ob bonum finem : peccant veniali-
ter , si , ob curiositatem ; mortaliter ,
si ob delectationem libidinosam . Idem
sentio de spectantibus turpes b Co-
mædias (abstrahendo à cooperatione ,
qua spectantes reddant bb animosio-
res ipsos histriones , pecunia , verbis ,
magno plausu &c. ad ejusmodi turpia
repræsentanda) idem de serio aspici-
entibus tabulas rebus turpibus depi-
etas : semper intellige , quando abest
periculum consentiendi ; sed heu-
tē in re tā lubrica quā frequenter adeat !
at , de his qui eosdem libros valde tur-
pes componunt , idem dicendum esset ,
quantum est ex capitibus dictis ; quia sint , ex charitate , imo ex officio de-
scilicet hæc possent scribi sine volunta-
te venerea , sed solum ob delectatio-

nem provenientem ex euriostate , vel
levitate ; verum ex alio capite excu-
sationem minus inveniunt , nimisrum
ex scandalō : sciunt enim hi , debent
que scire , aliquos legentes eos turpes
libros , in veram libidinem fore lapsu-
ros , & ex alia parte nulla rationabilis
causa eos excusat . Quæ enim nece-
fitas , qua utilitas ejusmodi scriptores
cogit , ad ea turpia describenda ? Cogit
utilitas publica Medicum , Anatomi-
stam , verenda describere , eademque
cogit Theologum moralem , actiones
foedas minutatim explicare : at , te
Poetam , vel profanum scriptorem ,
quæ cauſa , quæ vis compellit ? Re-
spondebit : necessitas sic pecuniam
conquirendi . Sed quantum hæc excu-
satio se extendat , alibi diximus . I-

dem dic de repræsentantibus res valde
impuras ; idem de easdem pingentibus .
Dixi (valde turpes , valde impuras
&c) nam secus , quia levis esset & re-
mota provocatio ad libidinem , atque
adeo non inseparabiliter cum illa , le-
viter peccaretur .

a sup. li. 2. in decal. c. 1. §. 7. b Sane.
li. 9. mat. d. 46. n. 40. Diana p. 2. 10.
17. re. 35. citans Loream , Rodriguez . a-
lios , etiam quoad Clericos . bb Lege Ni-
col. Baldelli lib. 3. disp. mor. d. 18. n. 10.
C. Bardi. sol. q. 2. li. 9. q. 2. sc. 15. c
l. Boss. t. 2. moratum tit. 20. n. præsert.
19. d sup. l. 5. c. 1. §. 4. ann. 28.

2. Obligationem Gubernatorum ad
repellendos turpia repræsentantes ma-
ximam esse , colligitur ex dictis ; cum
enim ipsi facile tot lapsus cavere pos-
sunt : Audi Bossum , e si neglexe-
rint Principes , inquit , providere , ne

Gg

impura



impura represententur, sciant, se graviter à Deo puniendos, utpote, quia permiserint, & autoritate sua consenserint, infamem & publicam omnium scelerum scholam haberi. Et paucis post: Remedium tutius est, ut Principes histriones non recipient, sed ex regnis expellant.

e. Boffius ibid. n. 35.

¶. VI.

Munera acceptare, & se jactare de re turpi.

¶. **D**E priore ex his per occasio-
nem dixi superius, cum de
stupro, hoc est c. 5. §. 3. ànu.
49. De posteriore egi in Methodo con-
fessionis. 2. c. 7. §. 3.

¶. VII.

Chorea.

¶. **C**Horearum & tres facio clas-
ses: prima est absolute pudica,
seu pura: secunda impura
per accidens: Tertia per se impura.
a. *De his vide summa v. Chorea,*
A. 3. p. c. 26. Bon. de matr. q. 3. q. 9.
n. 24. Ell. t. 2. tr. 30. c. 20. num. 223.
Trull. in dec. li. 6. c. 1. 1. du. 12.

Purae (est) sint aliquando aliquantulum vanæ) sunt choreæ, quæ inter ejusdem sexus personas, sine ullo turpitudinis gestu, vel ulteriori pravitate non raro finnt: ejusmodi sunt, quos ludos potius dixeris, quam choreas, sunt tamen choreæ, quasque vocamus morescas; incerchiatas, lumi-

narium saltationes; in quibus ad numerum musicum certatur, saltatur, luminaria in manibus accensa artificiosè circumferuntur: ejusmodi sunt choreæ, quas puella inter se nullis accitis viris, interdum domi solent sincerè, ad recreationem, tempusque fallendum, exercere. Ejusmodi sunt ex, quas rusticci in suis mapalijs, vespero post laborem ad levandum animum, sine ullo prorsus turpi fine, vel impudico signo exhibent, sonante fistula.

Has igitur & similes choreas puras appella, nec ut peccatorinas reprobat. Has David b ante Arcam in Dei cultum assumpit; has Maria c Aeronis soror, agens Deo gratias ob submersum Pharaonem, cum ceteris mulieribus (non autem mistis maribus) gaudens exhibuit. Has in celo ducent, etiam corporaliter, ut putat Roa. d Sanctorum Chori: has, (nec alias, ut perperam citat Boffius) e permittit rusticis Cajetanus: f Has denique permittunt superiores in Tragedijs, & similibus representationibus, ad juvenes exercendos, eorumque animos sublevandos. Huc item reduci possunt ex, quæ in diebus bacchanalium ad mortim jocum, vel vanitatem larvati soli viri ad artificiosem pedum corporisque dexteritatem ostendendam, exhibit populo.

b. *li. 2. Reg. c. 6. c Exod. 15. d Mar-*
timus Rhoali. de statu Beat. e Boffi. 2.
moral. vi. 19. n. 10.

2. Impuræ g per se sunt, quæ mittis maribus feminisque, imo etiam separatis, suscipiuntur, obscenis gestibus, tactibus parum pudicis, amasiorum amicorumque interventu, & simili-

